

BIJLAGE 2:

1450, 3 maart : Aflaatbrief met betrekking tot de kapel van de H. Drievuldigheid in het Lintkasteel.

Prosper miseratione divina ... Cupientes igitur ut cappella Sanote Trinitatis, sita infra parochiam de Grymberghen in loco dictor de Lynt Cameracensis diocesis, congruus frequentetur honoribus et ut ipsi Christifideles eo libentius devocionis causa confluant ad eandem ibique celestis dono gracie uberius se conspexerint esse refectos et a Christifidelibus iugiter veneretur de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Paulo apostolorum eius aucte confisi omnibus et singulis vere penitentibus contritio et confessio qui dictam cappellam in Naturitatis, Circumcisionis, Epyphanie, Ressurrectionis, Ascensionis, Penthecostes et Corporis Domini Nostri Ihesu Christi ac Sancti Trinitatis necnon natuvitatis, conceptionis, purificationis, annutationis, visitationis et assumptionis Beate Marie semper virginis et Sancti Michaelis archangeli ac Sancti Johannis Baptiste et beatorum Petri et Paulo apostolorum et omnis aliorum apostolorum et quatuor Evangelistorum quatuorque ecclesie doctrorum ac Sanctorum Stephani, Laurentii et Georgii martirum et Sanctorum Martini et Nicolai confessorum et Sanctarum Marie Magdalene, Katharine, Barbare et Margarete virginum et omnium Sanctorum atque commemorationum aliarum et dedicationi ipsius ac parrochialis ecclesie de Grymbergen predicte festivitibus et celebritate huius et per octavas eandem cappelle et ecclesie dedicationi devote insitaverint annuatim et ad reparatione et conservatione edificii, calicum, librorum, ornamentorum et aliorum dicte cappelle necessarium quo censuque manus porrexerint adiutrices. Nos cardinales prefati et quilibet nostrum centum dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus presentibus vero perpetuis futuris temporibus ducaturis. In quorum omnium fidem et testimonii premissorum presentes nostras litteras exinde fieri nostrorumque cardinalatum sigillorum viximus et fecimus appensiorum comuniri perpetuis futuris temporibus ducaturis

...

Dat Rome anno Incarnationis Dominice millesimoquadringentesimo tercio martii ...

ARB., Kerkelijk archief van Brabant, 8284 : Norbertijnerabdij te Grimbergen, kapel van Lint, aflaatbrief, (3 maart 1450).